

ditum filium nominatum. ita etiam ostendimus ve-
ritatem spm nuncupatum. Habes enī in epistola io-
hannis. quō sps est veritas. Non solum ergo sps veri-
tatis. sed etiam veritas dicitur sps. sicut et veritas
filius prædicatur. quia ait. Ego sum veritas. .XV.

Quid autem astruam. quod sicut pater lumen.
ita etiam filius lumen. et sps lumen est. quod utiq.
diuinę potentię est. Ds enim lux est. sicut dixit
iohannes. quia ds lux est. et tenebrę in eo non sunt.
Lux autem et filius. quia vita est lux hominum.
Et ut ostenderet se de di filio dixisse euangelista.
ait de iohanne baptista. Non erat ille lux. sed ut
testimonium perhiberet de lumine. Erat lux
vera. quę inluminat omnem hominem. venien-
tem in hunc mundum. Ergo quia ds lux est.
lux autem vera est. di filius. sine dubio ds verus
est di filius. Habes et alibi. quia filius di lux est.
Populus qui sedebat in umbra mortis. lucem vi-
derunt magnam. Quid autem hoc euidentius
quod ait. Quō apud te fons vite. in lumine tuo
videbimus lumen. Hoc est quod apud te ds omni